



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

252. An post Concilium Tridentinum omni modo exemptionis regularium
privilegia confirmata sint? Ex p. 11. tr. 3. & Misc. 3. res. 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

RESOL. CCLII.

An post Concilium Tridentinum omnimoda exemptionis Regularium privilegia confirmata sint: Ex p. 1. r. tr. 3. & Misc. 3. Ref. 5.

§. 1. **A**firmatiuam sententiam mordicus sustinet Magister Antonius Hino, oſa ex ordine Prædicatorum in directorio Decisionum Regularium verb. Confirmatio fol. 121. ubi sic ait: Grauiſſima seſe controverſia; ex cuius decisione, & dubia quam plurima diſſoluentur, & ſerupuli inde ſuborti (Deo dan- te) proſus tollentur, an ſcilicet Mendicantium Or- dinum privilegia, Concilij Tridentini Sacris Decre- tis extincta, ac poſtmodum à Summis Pontificibus ſuſcitata, iterumque ab eisdem modificata, & à ſuc- ceſſoribus conſaſſata, & iuris communis apicibus reducta, habeant nunc aliquam vitam, & vim, quan- tumcumque valeant literæ reuocatoriæ, quantum- cumque nobis præſtiterint confirmatoriæ?

2. Ratio dubitandi inde inſurgit, quia vt ex Sa- cro Concilio Tridentino patet abrogata ſunt ibi quam plura Ordinum privilegia, alia reſtriſta, alia confirmata. Deinde oppoſitio literarum Apoſtoli- carum, quæ non modo à diuerſis Pontificibus, ſed ab eodem emanarunt, dum idemmet reuocat quod conſecerat, dubia quadam conſuſione veritatem obſcurat.

3. Prima aſſertio: Pro certo habendum eſt nun- quam fuiſſe reuocatum declarationem illam Pij Quinti 21. die Iulij anno milleſimo quingentefimo ſeptuageſimo primo in gratiam Ordinis noſtri fa- ctum, cuius meminimus ſupra verbo Abſolutio prima, & eſt inſcriptis tenoris. Quæcumque ergo literæ Apoſtolice reuocatoriæ privilegiorum ad- uerſantium Decretis Concilij Tridentini, non de- rogant huic conceſſioni inſite non privilegio; ſed iuri communi. Quod probant verba Pontificis eiuſ- dem, cum air, fallæ, ſeu minus vera intelligentia De- cretorum Concilij Tridentini præmiſſa grauamina (hoc eſt fratibus ab Ordinariis illata) irrepſerunt. Et cum eiuſmodi decretorum declaratio, non niſi ad nos ſpectet; modo & forma inſcriptis declaranda cenſuimus.

4. Relinquitur ergo, quod circa hoc non veniunt quæſtiones intelligendæ. Cum prædicta conceſſio non ſit ex privilegio, ſed ex iure Concilij per Pontificem declarata.

5. De privilegijs verò conceſſis ante Concilium, & per Concilium abrogatis, poſt Concilium item noui- ter conceſſis, & iterum reſtriſtis vel reuocatis, dili- genter examinandum eſt.

6. Secunda aſſertio: Pius Quartus qui in fine ce- lebrationis Concilij Tridentini præcæ Eccleſiæ Dei, & eiuſdem Concilij decreta, & Canones confirmauit: confirmauit etiam noſtra omnia Priui- legia.

7. Nam licet idem Pius Quartus anno milleſimo quingentefimo ſexageſimo primo ex certa ſcien- tia, & poteſtatis plenitudine confirmauerit om- nia Fratrum Minorum privilegia, cum reſtriſtione exceptis, ſcilicet contrariis Concilio Triden- tino; poſtmodum tamen abſque vlla modifica- tione confirmauit omnia privilegia Ordinis San- ctiſſimæ Trinitatis, cum quo communicant Ordi- nes Mendicantes, licet ipſe non ſit de numero Men- dicantium.

8. Conſtat hoc, & obiter diſſoluit quòd in op- poſitum obiici poſſet. Nam Pius IV. licet in con- firmatione decretorum Concilij omnia quorum-

cumque privilegia reuocauerit, vt videre eſt in motu proprio confirmatio Concilij: hæc tamen re- uocatio non derogat conceſſioni præfatæ privilegio- rum, vtpote anterior poſteriori; Bulla enim confir- mationis Concilij reuocatoriæ privilegiorum expe- dita fuit anno milleſimo quingentefimo ſexageſimo quinto 14. Kalendas Februarij; Confirmatio verò ſeu Innouatio privilegiorum facta fuit poſteà menſe Iunio, eiuſdem anni. Hac confirmationis Bulla oſen- ſa tunc Academiæ Salamantina affirmare Doctores tum Theologi, tum vtriuſque iuris Prudentes, poſſe Mendicantes vi huius privilegij, non obſtanti- bus recentis Concilij decretis vti omnibus privile- gijs, ſibi iam dudum conceſſis; & hæc ſubſcriptio cum Authentico præfatæ Bullæ ſeruatur Mexici Indiatum Occidentalium in Collegio Sancti Pauli Auguſtiniano. Hoc ſtante, ſteſſiſſe videntur inte- gra noſtra privilegia, ac in antiquum robur reſti- tuta in Pontificatu Pij IV. cui ſucceſſit Pius Quintus.

9. Tertia Aſſertio: Pius Quintus viuæ vociſ oraculo, Fratribus Minoribus omnia prædeceſſorum privilegia abſque vlla reſtriſtione, vel obſtantia Concilij Tridentini in foro conſcientiæ tantum conceſſit 13. Martij 1567. Authentico Miniſtri Generalis eiuſdem Ordinis Aloijſij Putei facientis fidem de oraculo ſibi facto, aſſertur in eodem Mexicano Collegio.

10. Idem Pius V. motu proprio anno Domini 1570. 18. Ianuarij de nouo conceſſit Ordini Prædicatorum omnia privilegia à ſuis Prædeceſſoribus, & ab Eccleſiarum Prælatiſ, Imperatoribus, Regibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, aliſque Do- minis temporalibus indulta, & voluit illa pro- preſſis haberi; etiam ſi neceſſario eſſent particu- lariter exprimentia, non obſtantibus Cancellariis regu- lis editis, & edendis, ac alijs quibuſcumque Apoſto- licis, nec non prouincialibus, generalibus vel ſpecialibus Conſtitutionibus Apoſtolicis. Et addidit alias fortiffimas non obſtantias inſolitas apponi. Habetur Authentico in Archiuo Patris Prouincialis Prouin- ciæ Sancti Vincentij de Chiapa noſtri Ordinis India- rum Occidentalium, ex quibus conſtat, nos reductos ad priſtinum ſtatum; quo ante Concilium Triden- tinum privilegijs noſtris in ampliffima conceſſione po- tiebamur. Quia denuò conceduntur, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus generalibus, vel ſpecialibus Apoſtolicis.

11. Et maxime notandum, hanc nouam Pij V. gratiam factam fuiſſe poſt proprium motum eiuſdem, reſtriſtium privilegiorum, ideòque privilegia no- ſtra, quæ per illum nobis reddita non fuere, denuò nobis integra reſtituit quia conceſſa ſunt poſt motum proprium modificatiuum: hæc enim conceſſio facta eſt 18. Ianuarij 1570 motus autem moderatiuus 17. Kalendas Iunij, & 16. Kalendas Iulij exiit alius anno 1567. Et vterlibet reſtrinxit privilegia taliter conce- dendo, quod non contrariantur expreſſe decretis Con- cilij Tridentini.

12. Idem adhuc Pius Quintus 27. Septembris 1571. Pontificatus ſui anno VI, omnia, & ſingula privilegia, indulta; conceſſiones, prærogatiuas, & alias quacu- que gratias Ordini noſtro, & eiuſdem pro tempore exiſtenti Magiſtro Generali, Fratribus, ac Monialibus approbavit, confirmavit, & innouavit, omniaque & ſingula perpetuam obtinere firmitatem, abſque vlla reſtriſtione decreuit.

14. Idem tandem piiffimus Pontifex 7. Iulij 1571. motu proprio omnia privilegia Societati leſu, cum qua reliqui Mendicantium Ordines communio- ne deuiſiuntur, abſque vlla limitatione conceſ- ſit, cuius Authentico ſeruatur in prædicto Collegio

Mexicano. Ergo tempore Pij Quinti omnium priuilegiorum cumulo ditati sumus, ac si Concilium non præcessisset, cui successit in Pontificatu Gregorius Decimus Tertius.

Sup. hoc in Resol. 1. non seq. signa: et in § Sed non, inter mediū & finē, verū. Ex his, & supra in Resol. 12. & in 2. eius prima not.

14. Quarta decisio: Certissimum est, nunquam per Gregorium XIII. reuocata fuisse nostra priuilegia in foro conscientie, nec desunt Doctores asserentes non fuisse etiam in exteriori foro abolita vel restricta, quibus ipse in hac parte non assentior. Et hæc omnia docet Hinojosa *ubi supra*, qui postea latè hanc quartam conclusionem stabilire conatur.

15. His tamen minimè obstantibus, contrariam sententiam sustinendam, & practicandam esse puto, cum opinio Patris Hinojosa sit contra stylum, & praxim Romanæ Curie, & aduersus Religiosum Hispanum, alium Religiosum Hispanum adducam, & is est Pater Magister Nicolaus Brauus in *tractatu Monastico capit. 1. numero 8. cum sequentibus*, ubi inter alia sic asserit. Solum potest esse dubium de priuilegio illo Pij, quod incipit, *Et si Mendicantium*, &c. quod etiam pro nostra obseruantia Hispaniæ, sicut pro aliis expeditum habemus *tract. 3. priuileg. 8.* ubi plura non obstante Concilio conceduntur. Et quidem hoc, dum durauit eius valor, ritè frui poteramus; Veruntamen cessauit iam per reuocationem Gregor. XIII. in Bulla, quæ incipit, *In tanta rerum & negotiorum mole*, &c. tamquam si tales litteræ nunquam emanassent. Et quamuis Henriquez *libr. 7. de indulgent. capit. 24. in fine sub verbo videtur*, dicat non fuisse promulgatam, aut vsu receptam hanc reuocationem Gregorij: Sed oppositum tenet Flavius Cherubinus in *Compend. Bullarum tract. 2. de constitut. 9. Gregor. XIII. Schol. 1. Quænta ad eandem Bullam*, Paulus Palescius in *praxi Episcop. 2. part. cap. 3. artic. 6. numer. 8.* Emanuel Rodriguez *tom. 3. quæstion. 74. artic. 16.* Tamburinus *tomo 1. de iure Abbat. disputacione 17. quæstione 1. numero 16.* & ita censo cum eisdem & aliis.

16. Obiicies ex eodem Henriquez, & ex Bullario Emanuel Rodrig. Idem priuilegium esto sic reuocatum à Gregorio XIII. ac fuisse antea confirmatum pro foro conscientie à Pio Quinto Minoribus ad instantiam Generalis illorum, sed viue vocis oracula non fuerunt reuocata, utpote quæ pro foro conscientie concessa nullum in exteriori foro diffidium pariebant, ut ait Emanuel *tom. 1. quæstion. 8. articulo nono*. Vel quia nomine constitutionum non censentur reuocata oracula, ut ait Henriquez *ubi supra Llamas 4. part. sum. capit. 11. §. ultimo*, & eisdem citatis cum aliis Tamburin. *ubi supra disput. 16. quæstione 2. numer. 11.* ergo, &c. Nihilominus etiam si hæc ita essent, solum assequuntur, illud viue vocis oraculum fauere Minoribus, quibus immediatè datum & concessum est. At verò cum nostrum non fiat nisi per extensionem, quæ non communicat aduersantia Concilio modo dicto; nihil prodest, prout dixi *numer. 8.* præterea etiam viue vocis oracula reuocata sunt primò à Gregorio XV. excipiente quæ facta sunt Cardinalibus; deinde absolute etiam Cardinalium manu firmata ab Urbano VIII. anno 1631. ut constat ex Bullis apud citatum Tamburinum *tom. 2. disputat. 15. quæstion. 7.* licet Leander recens & diligens Auctor *tomo secundo tr. 9. de matrim. disputat. 24. quæstion. 16.* velit non esse reuocata oracula, quæ ante constitutionem dicti Gregorij XV. sortita sunt effectum, quod de effectu in indiuiduo concedo, ut quod iam in aliquo casu, & persona virtute Oraculi factum inuenit reuocatio, maneat, & non irritetur, nec amplius assequitur declaratio Authentica Cardin. ab ipso adducta;

Non verò quod in specie maneat vsus oraculi validus, sic enim inanis esset reuocatio, quæ ut sic ad præcedentia etiam referretur. Aliud est, quando oracula vnus Pontificis determinatè per alterius Bullam, aut constitutionem confirmantur, itaque transeant in constitutionem, quod non præstat quævis concessio aut confirmatio, ut obstat reuocationi, nisi adiunctis aliis congruentis, & rationibus ab eodem in suo casu adductis, quod facilius admitto. Cæterum in nostro puncto neutrum habet vim, aut locum. Hucusque Brauus; & quidem iudica, tu amice Lector, si sit verisimile alterum Hinojosæ, nempe Pium IV. in illa confirmatione Priuilegiorum voluisse derogare statim post annum id quod Patres Concilij Tridentini tam mature paulò ante considerauerant, & in illo sacro cœtu statuerant, & inde si nunc confirmarentur omnia priuilegia alicuius Religionis ex certa scientia, non addita illa limitatione, dummodo Concilio Tridentino non sint contraria, manebunt confirmata, & restituta omnia, etiam si contraria sint Tridentino, quod difficile creditur est, alias per confirmationem priuilegiorum Societatis Iesu, in qua non ponitur illa limitatio, ut refert Suarez *libr. 8. de legibus capite 19. numer. 2.* omnia illius priuilegia reuocata per Concilium essent restituta, quod tamen etiam ipsa societas non agnoscat ex vi talium confirmationum; ut obseruat Merolla *tr. 3. dict. 6. c. 5. dub. 2. diff. 1. num. 46.*

17. Et quoad doctrinam de clausula ex certa scientia, in qua se fundat Hinojosa; aliqua olim asseruit in *part. 10.* contra Vitalem; nunc assero, aliquos docere hanc clausulam non sufficere, quando Princeps concedit priuilegium contra legem habentem clausulam derogatoriam ad priuilegia, in *part. 10. norm. in cap. nonnulli de rescriptis num. 10.* & ibi Felin. *num. 5. & seq. Moneta de commun. ultim. vol. cap. 7. numer. 178.* Et hanc sententiam tenentur sequi Doctores; qui dicunt confirmationem priuilegiorum factam cum clausula, *ex certa scientia*, non restituere priuilegia à iure reuocata, idem videtur appetere sentire Decius *consil. 341. numer. 10.* dum asserit, maiorem vim habere, seu potentior esse clausulam derogatoriam, non obstantibus, &c. quàm clausulam, *ex certa scientia*; Assentior tamen Patri Hinojosa non omnia priuilegia Ordinum Mendicantium fuisse reuocata per Consilium Tridentinum etiam in decretis, in quibus statuitur contrarium ipsis priuilegiis, Itaque non omnia decreta Concilij, etiam ea quæ sunt contraria nostris priuilegiis, seruanda sunt cum derogatione ipsorum; sed solum illa cum reuocatione priuilegiorum intelliguntur obseruanda, in quibus statuitur aliquod contrarium priuilegiis obseruandum, non obstantibus priuilegiis.

RESOL. CCLIII.

An clausula ex certa scientia apposta in Bullis Pontificis confirmantibus priuilegia Regularium reuocata, & inuenerit priuilegia reuocata? Ex p. 1. tr. 2. & Misc. 2. Resol. 7.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docet Brunn. *part. 1. tract. 1. capit. 2. proposition. 4.* ubi sic ait, Quoties ex certa scientia priuilegia ante reuocatoriam abrogata, confirmantur, valida est confirmatio eorundem, licet non fiat mentio huiusmodi clausula reuocatorie. Ratio est, quia hæc clausula, ex certa scientia, habet vim nouæ concessionis, &

Sup. hoc ad litteram infra in Resol. 155 § Sed non Sed leg. ea per tot m. Resol. 214.

Sup. hoc in tribus pri mis Res. post præteritam, & infra in Resol. 155 § Sed non, pro pè fine, verū. Præter q. & in tom. 6. tr. 1. Resol. 26.